Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



170

Ne experiri uoluisti. utrum ego adhuc ista diiudicare meminerim.
Quae forte iam oblitus sum. qui tali uma liquando studiosi. postea
plurimum in ecclesiasticis litteris proficerunt. Psalterium
ascō hieronimo nuper translatum. ex hebraeo non habeo. Nos autē
nonnulla per praetaxsumus. sed codicum latinorum nonnulla men
dositates ex graecis exemplarib: emendauimus. Unde fortassis
fecerimus aliquid commodius quam erat. Non tamen tale
quale esse debebat. Nam etiam nunc quae fortenos. tunc praete
rierunt si legentes moueriint collatis codicibus emendamus.
Ita illud quod perfectum est tecum nos quoque requirimus.

EXPLIT EPL SCI AGUSTINI AD AUDACEM.

XXVIII. INCIPIT EPL SCI AGUSTINI AD MAXIMAM
ono nobili & eximiae atq: in membris xpi laudabili famulae
di maxime. aguftinus in dno salutem. Quantum nos
tuum studium cōmlaetificat. tantum rursus contristat.
Quod per errores noxios & perniciosissimos. prouinciam uestram
nimium periclitari significas. Sed quia ista futura xpi dictasunt.
mirandum non est quod exsurgant. sed uigilandum ne oceant.
Haec autem dī liberator noster. exsurgere non permittit terre.
nisi caseius. & iamphuius modi temptationes erudiri expediret.
Compatiuntur sibi quidem illa sua uoluntate peruersa. & prae
sentis meritum cecitatis. & futuria aeterni supplicii. si pertinaci
aliamindociles fuerint. sequeum in hac uita sunt corrigere
atq: emendare. neglexerint. Uerum tamen sicut ipsi male
utuntur bonis dī. Qui facit solem suum oriri super bonos & malos.
& pluit super iustos & iniustos. qui eos per patientiam suam ad
paenitentiam uocat. Cum thesaurizant sibi iram in die irae.
& reuelationis iusti iudicii dī. Sicut ergo ipsi benignitate & pa
tientia indest bonis dī male utuntur dum non corriguntur.
sic contra eis dī & iam malis eorum bene utitur. Non solum